



kal.komp.

39128

I

Mag. St. Dr. P

*Febr. 2852*

*Draski Adami: Quaestio theologica  
de legis natura in communi.*

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002424

D. O. M. S.

QVÆSTIO  
THEOLOGICA,

DE  
Legis natura in cōmuni.

Ex 1. 2. S. D. Angelici quest: 90. & seq.

QVAM

Præsidente Admodū Rēdo Patre, D. M.

IACOBO VSTIENSE,

S. Th. & I. V. D. & Professore, Præposito

S. FLORIANI, & SS. Omnium.

Theologicæ Facultatis

D E C A N O,

M. ADAMVS DRASKY, Ecclesie S. FLO  
RIANI Custos, S. T. Professor, in Alma Aca.  
demia Crac. publicè ad dispu-  
tandum, proposuit.

Lectorio DD. Theologorum.

A. D. 1647. Mense mai. die 28 hora 15

Theodoritus Episcopus Cyrensis, li-  
bro de Legibus.

*Leges quantum roboris, quantumq; virtutis  
insitum habeant, facile is inspiciet, qui Græcorum  
legislatores ac Romanorum in medium proferat,  
ijsq; nostros Piscatores ac Publicanos in compa-  
rationem aducat. Inueniet enim illos, ne finiti-  
mis quidem persuasisse, vt ad suas leges, vitam in-  
stituerent: contra autem APOSTOLOS, non so-  
lum Romanos, Græcosque, verum etiam cunctas bar-  
baras nationes, ad amorem LEGIS EVAN-  
GELICÆ traduxisse.*

39128  
I

## QVÆSTIO THEOLOGICA.

D E

*Legis natura in communi.*

V. Lex, quatenus importat actionum humanarum regulam, á Præsidente Communitatis constitutam, imperando, vetando, prohibendo, & permittendo, in bonum cõmune ordinata, sit aliquid rationis, nec alias quàm promulgata obliget, atque in æternam, naturalem, Diuinã, & humanam adæquatè diuidatur nec ne?

## CONCLUSIO I.

Lex proprie dicta importat regulam  
actionum humanarum.

### COROLLARIA.

1. *Appetitus hominis tendentia à ratione exorbitans, est indirectè Lex.*
2. *Decreta tyrannica non possunt dici Lex.*
3. *Nomen Legis conuenienter deducitur à ligando.*
4. *Id quod fit secundum Legem per denominationem Lex vocatur.*
5. *Consilium, nequit Lex nuncupari.*

## CONCLUSIO II.

Ordinari ad bonum commune, est  
de ratione Legis.

### COROLLARIA.

1. *Legem est necesse, obseruatu possibilem, atq;  
utilem.*
2. *Lex*

2. *Lex non est imponenda personæ privatae.*
3. *Legis sine cessante, respectu privatae personæ, Lex non cessat.*
4. *Lex à Præsidente lata, in propriū commodū, non habet Legis rationem.* (bet.)
5. *Vita functo Legislatore, Lex vim suam ha-*

### CONCLUSIO III.

*Lex propriè sumpta à Præsilibus  
Communitatis debet ferri.*

### COROLLARIA.

1. *In Ecclesia Catholica est potestas Leges sancienti, cum obligatione in utroq; foro.*
2. *Potestas Imperatoria non se extendit ad Leges totum orbem obligantes.*
3. *Principes subiecti, & Comites &c. & Op-  
pida Regibus subdita, carent potestate Legis cōdēdæ.*
4. *Penes Communitates alijs non subordina-  
tas, est facultas Legum ferendarum.*
5. *In nullo homine singulari fuit, & est pote-  
stas, Leges statuendi.*

## CONCLUSIO IV.

Lex propriè sumpta, non modò imperando & vetando, sed etiam puniendo, ordinat actiones humanas ad bonum commune.

### COROLLARIA.

1. Imperium, prohibitionem, & punitionem Legis, sequitur obligatio.
2. Imperare, vetare, punire, permittere, non est necesse, ut equaliter omni Legi conueniat.
3. Supradicti Actus, ad Legis rationē pertinet
4. Lex & directiuam, & coactiuam habet potestatem.
5. Ratio Legis in remunerationem non cadit.

## CONCLUSIO V.

Lex in proposito est aliquid rationis practicæ.

## COROLLARIA.

1. *Legislatio supponit actum voluntatis.*
2. *Lex consistit in actu imperij distincto, à iudicio.*
3. *Connotat tamen iudicium ex parte rationis, & Electionem ex parte voluntatis.*
4. *Consilium se habet antecedenter ad legislationem.* [le.]
5. *Lex condita à legislatore, est aliquid mora-*

## CONCLUSIO VI.

*Vt Lex aliqua obliget, illius obligatio, & promulgatio est necessaria.*

## COROLLARIA.

1. *Ante promulgationem Lex non obligat.*
2. *Non est necesse, omnis legis aequalem esse ubiq; promulgationem.*
3. *Promulgatio ad essentiam legis constituentem non concurrat.*
4. *Licet legis Pontificiae promulgatio sufficiat in Ch.*

*in Curia Romana, non tamen legis Imperatoriae.*

5. *Lex promulgata obligat in utroq<sup>ue</sup> foro.*

## CONCLUSIO VII.

*Lex adæquatè diuiditur in Æternâ,  
naturalem, Diuinam, & hu-  
manam.*

### COROLLARIA.

1. *Diuisio Legis per membra prædicta, est a-  
nalogi in sua analogata.*

2. *Nihil vetat aliquas rationes diuersas in  
lege, easdem secundum rem inueniri.*

3. *Lex ex alijs causis, præter efficientem, diui-  
siones non respuit.*

4. *Datur in Legibus Æternâ, & naturali,  
vnitas cum multiplicitate.*

5. *Quemadmodum legis humane diuisiones,  
in ius gentium ac Ciuile, in ius Sacerdotale, Regi-  
um; ac militare, & ex diuersis regiminis Commu-  
nitatum formis sumptis, sunt rectæ: ita legis Di-  
uinae in Veterem, & Nouam, diuerso promulgati-  
onis tempore, & secundum perfectum & imperfe-  
ctum differentes, est conueniens atq<sup>ue</sup> Orthodoxa.*

D. Cle-

*D. Clemens Alexandrinus lib: 1. Stromatū.*

**V**ERBA Legis non sunt lex,  
sicut nec ea quæ videntur,  
sunt visus: sed Lex est recta ra-  
tio, quæ iubet quæ sunt agē-  
da, vetat autem quæ non sūt  
facienda.

Sub felicibus auspicijs

*Magnifici & Admodum Reuerendi D.*

**M. IACOBI VITELLII,**

S. Th. D. & Professoris, Ecclesiæ S. Flo-

RIANI Decani, Collegij V L A-

DISL: Prouisoris, Studij

Vniuersitatis Crac:

Generalis

**R E C T O R I S.**



UNIVERSITATIS  
JAGELLONICAE



CRACOVIAE.

In Officina Christophori Schedelij  
S. R. M. Typographi.  
A. M. DC. XLVII.

XXIV. 5. 72



